Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8204
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et ita beneficio Musarum factum ee Poëtam.
Quo est indicatum, ipsum ingenuas didicisse
fideliter artes, suumq; ingenium aptum et
idoneum ad Poëticam artibus, eruditione, et
sedulo exercitio excoluisse. Quidam arbitrantur
eum à fratre Persa, quo usus est inimicissimo,
interfectum esse. THUCYDIDES in libro 3
scribit, ipsum obscuro & perplexo quodam
oraculo admonitum fuisse, ut Nemeam
caueret. Hoc nomen erat cuiusdam me-
moris in Graecia. Quoniam vero illud
non intellexit, ipsum forte nescium rei,
in illum lucum uenisse, et ibi ee occisum.
Non autem addit, quis sit ipsius per-
cussor. Cicero arbitratur ipsum post
HOMERI mortem uixisse. Alij dicunt
Hesiodum antiquiorem esse HOMERO.
Sed CICERONIS sententia est uerisimilima.
Dicunt eum multos libros fecisse, magnaq;
floruisse authoritate et dignitate pp
doctrinam et uitae integritatem, quod
facile inde conijci potest, vt PAUSANIAS
scribit, quod opera eius incisa in plum-
bum diligenter seruata fuerint in monte
HELICONE. Est praecipue elegantissimus